



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

D. Albericus, Berengarianæ hæresis explosor mirificus. cap. XXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

## D. ALBERICVS

Berengarianæ Hæresis explofor mirificus.

qui

*Conuertit sapientes retrorsum, & scientiam eorum  
stultam fecit. Isa. 44. Cap. XXIX.*

AMI medium in Cardinalitio habitu ornare conspicitur Donnus Albericus monachus cœnobij Casinensis, & S. R. E. Cardinalis Diaconus, qui non sine magno, & mirabili mysterio Venerabilis Sacramenti Altaris figuram in manibus deferre videtur. Eius enim temporibus, Synodo in vrbe Roma congregata, anno 1059. contra Berengarium Ecclesiæ Andegauensis Diaconum, Corporis, & Sanguinis Domini in Sacramento Altaris præsentiam denegantem, cum nullus eius obiectionibus resistere ualeret, solus Albericus noster ad Concilium euocatus, acceptis unius hebdomadæ inducijs Christiana plane audacia audacter se opposuit, & prædicto temporis/spatio librum aduersus eundem de Corpore Domini, quorundam Sanctorum Patrum testimonijs obfirmatum, & roboratum edidit, vt omnes eius assertiones omnino destruxerit, æternæq; obliuioni tradiderit, & Domini sui causam tuitus egregie iure tanti Sacramenti fautor, & defensor dici promeruerit. Scripsit, & alia multa, quorum præcipua hæc feruntur:

De Virginitate Sanctæ Mariæ, lib. I.

De electione Romani Pontificis, lib. I.

Contra Henricum Imperatorem, lib. I.

De Musica dialogus vnus.

De diuersis dictaminibus, &amp; salutationibus, lib. I.

De dialectica, lib. I.

Passiones Sanctorum Modesti, &amp; Casarij.

De visione sua, lib. I. Quia nonnulli: reperitur hic MS. apud

D. Timotheum monachum S. Placidi Messanæ.

Vita S. Dominici Abbatis:

Vita S. Scholasticæ Virginis; Tempore quo Iustinianus. est apud me MS.

S S f De

De eadem homilia : Audistis fratres charissimi. est apud me MS  
Hymni de Paschate ; de Ascensione ; de S. Cruce ; de die Iudicij  
de pœnis inferni ; de Assumptione B. Mariæ tres ; de S. Paulo ; de  
S. Apollinare ; de S. Scholastica, de qua & uersus nonnullos edidit  
& de S. Nicolao . Rythmi de gaudio Paradisi ; de die mortis ; de  
de Monachis, ad Petrum Ostiensem Episcopum . Epistolarum ad  
diuersos, lib. 1. Et alia quamplura quorum titulos necdum uidi .  
Floruit anno 1056. & quod excirrit . *Leo Ostiensis in Chron. Cas.  
lib. 3. c. 33. Petrus Diaconus de uir. ill. mont. Cas. c. 21. & alij recentiores.*

## D. G V I D O,

Pius Ceremoniarum pulsationis campanulæ an-  
te Venerabile Sacramentum, institutor.

*Dare fecit sonitum in incessu suo, & auditum fa-  
cere sonitum in templo in memoriam filijs gentis  
sue. Eccl. 45. Cap. XXX.*



**S**ed quid dicemus de eo, qui in eodem Rami mo-  
dio Cardinalis habitu, tabulam Sacerdotis celi-  
brantis, & Sacrosanctam Hostiam eleuantis, mi-  
sterio decoratam, manibus tenentis proxime Al-  
bericum insequitur ? Duo enim, eaque hæcenus  
inaudita, sua sancta inuentione ecclesie beneficia  
intulit . Missus namque aliquando Coloniam, ut Ottonis ele-  
ctionem confirmaret, optimam illic consuetudinem induxit, eamque suo præ-  
cepto firmavit ( Legatus enim erat Pontificis à latere) uidelicet ut  
ad eleuationem Hostiæ sacrosanctæ, omnis populus in Ecclesia con-  
stitutus ad sonitum Campanulæ, quam hac de causa altari affixam  
suscipiens peteret, sicque usque ad Calicis, benedictionem peruen-  
tus iaceret . Præcepit etiam idem Cardinalis, ut quotiens Venerabile  
Altaris Sacramentum ad infirmum deferendum esset, scholasticus  
siue campanarius, sacerdos eum præcedens, per uolam illud proce-  
deret, sicque omnis populus, tam in plateis, quam in domibus Chris-  
tum transeuntem adoraret . Quid hæc inuentione gloriosius ? Quid  
hac consuetudine laudabilius ? Quid hoc sanctius institutum ? Quid  
&